

220.

Landgraf Hermann bekennt von dem Stifte Fulda mit Gütern in Vessra belehnt zu sein.

[1192—1216 März 12.]

Hdschr.: Kop. Perg. Fuldaer Kopialbuch (Saec. XV) VIII fol. 196^b. Staatsarchiv Marburg.

5 *Gedr.: Schannat, Fuldaischer Lehnshof 203.*

Ann.: Heinrich war Abt von 1192 an und starb 1216 März 12.

Universis fidelibus Hermannus dei gratia Thuringie lantgravius Saxonie comes palatinus in perpetuum. Ad noticiam omnium volumus pervenire, quod dominus Heinricus abbas Fuldensis communicato fratrum suorum consilio predia Fuldensis ecclesie in Westra
10 nobis in feodo concessit excepta una patella salis et quibusdam aliis ab antiquo ibi infeudatis et nos versa vice memoratis fratribus pro emendis prediis specialiter ad prebendam suam trecentas marcas dedimus, preterea redditus nostros singulis annis septem talenta solventes ipsis tali conditione inpignoravimus, ut eos a festo sancti Iohannis baptiste per annum in pignore habeant et, si medio tempore supra dictis fratribus predia sex marcas
15 annuatim solvencia in proprietatem dederimus; iam dicti redditus eis inpignorati ad nos revertantur. Quod si expleto anno eis predia, ut dictum est, sex marcas solvencia minime dederimus sepe dictos redditus, quos nunc in pignore habent, libere et sine omni onere advocacie iure proprietatis perpetuo possideant et de ipsis, ut de aliis possessionibus suis pro utilitate monasterii dispensent, nolentes, ut aliquis heredum nostrorum vel alius
20 quis preter supra nominatos fratres in eisdem redditibus aliquid sibi iuris vendicet^a). Quapropter eos propriis nominibus duximus exprimendos in Martboch mansum unum annuatim solventem decem solidos, in Hunefelt XII solidos et VI denarios, in Tunzelnhusen duos mansos et dimidium solventes XVII solidos et VI denarios, in Cruziberg ad II talenta, in Welsbeche et in Salzahe ad III talenta etc.

25 221 (*Fälschung*).

Landgraf Hermann gestattet, daß innerhalb der Stadtmauern von Eisenach nur bei der St. Nicolai-kirche eine Schule gehalten werden solle.

Gemünden, [Vor 1216] März 23.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. S., an Pergamentstreifen, = Taf. XI. 6. Phot. H. St. A. Ann.: Vergl. No. 3.

30 H[ermannus] dei gracia Thuringie langravius Saxonie comes palatinus universis paginam presentem inspecturis salutem in perpetuum. Ad noticiam omnium tenore presentium volumus devenire, quod nos dilectam nobis beati Nicholai in Isenach ecclesiam tali extulimus prerogativa, ut infra muros iam dicti oppidi in nulla ecclesia nisi in prememorata scolarium regimen habeatur. Ne autem hoc factum a nostris posteris, quod
35 non speramus, circa predictam ecclesiam immutetur, sigillo nostro hanc paginam munivi-